



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CLXXXV. Romana locorum montium. De fructibus fideicommissi post  
factum illius casum, ex quo tempore restituendi sint ac debeantur  
fideicommissario, Et de privilegio quod in hov habeant ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

Adhuc tamen ponderabam contrarium probabilitus videri, ne dum ob dictas auctoritates, quae excludendo Monasterium implicitè excludere dicuntur piam causam, quæ in ipso Monasterio inesse dicitur, ac supponenda est (quod tamen mihi non satisficeret,) si enim non de facilis satisfaciunt explicatae auctoritates, ubi probabilem rationem non habent, multò magis ubi sunt per argumentum quod in dictis Doctorum non datur, *Franch. dec. 18. nro 10. & dec. 87. num. 16. Rot. dec. 600. nro 32. par. 5. rec. Add. ad dec. 20. par. 3. rec. infin.*

Atamen id credebam ex alia ratione pro meo sensu probabile (licet quantum tunc videre licuit non adhuc ponderata) quod scilicet de jure naturæ vel gentium tributa non haberetur facultas, ut unus alteri testari valeat, atque de alienis bonis disponere, cum vix isto jure attento id in bonis propriis concedatur juxta ea quæ advertuntur *discursus 14.* ideoque ista facultas procedit ex concessione juris civilis, quæ ita qualificata est: Et consequenter hoc privilegium capiendum est cum sua causa seu qualitate, atque qui vult illo uti, non potest illud dividere; Clarius verò ac potissimum, quia ista restrictio non provenit ex aliqua juris subtilitate ratione formalitatis, sed magis fundata videtur in presumpta voluntate, cuius defecum pia causa non supplet, cum in hoc nullum habeat privilegium, ut plures in dicta sua materia de testamento.

In hoc tamen advertebam causam pia privilegium operativum esse, quod ejus favore subintelligatur clausula codicillaris, ob quam clarissim intrat sub exemplari tacita fideicommissaria, cuius favore pia causa capit omnia bona fideicommittentis absque detractione trebellianæ, à qua ipsa est exempta, ut de fideicommissaria contenta sub exemplari plene *Rota dec. 112. par. 5. rec.* ubi concordantes, non tamen capit bona propria ipsius amentis, sub quibus venit legitima sibi debita in bonis parentis, qui substitutionem ordinavit, ut venirent, si valida esset substitutio.

In proposito autem hujus exemplaris substitutionis in alio casu, de quo habetur actum *sub tit. de feuis. disc. 108.* cum testator plures habens filios, instituit primogenito, aliisque de competenti legato provisio filio amenti eundem heredem substitueret, dubitatum fuit, an de dicti primogeniti prædecessum hæc substitutio caducata esset, vel potius transmissa ad ejusdem substituti filium pariter primogenitum heredem. Atque Ego & alter Advocatus tanquam Arbitri certam ac absolutam credimus affirmativam, nemus quia in hac specie substitutionis regulariter datur transmissio, ut per Gabr. *Trentacing. Intriglio.* & alios relatios per Fusar. q. 192 Sed clarissim quia eidem assistere videbatur clara voluntas testatoris, per quam generaliter ac sine dubio fit transmissibile id quod non est tale, dum non agebatur de simplici substituto, sed de illo qui heres universalis gravarus erat ad favorem ejusdem amentis de eo quod sibi de jure deberetur, unde amente non obtinente mentis sanitatem clara videbatur testatoris voluntas, ut penes ipsum corpus hereditatis, ipsumque primogenitum pro tempore hereditatis posse fore id remaneret tanquam per non abdicationem, ideoque ex facti qualitate clara videbatur hæc voluntas.

## ROMANA LOCORVM MONTIVM

PRO  
ALOYSIA COSTA  
CVM

COLLEGIO S. CAROLI AD  
CATINARIOS.

*Casus disputatus coram Iudice particulari,  
& concordatus.*

De fructibus fideicommissi post factum illius casum, ex quo tempore restituendi sint ac debeantur fideicommissario, Et de privilegio quod in hoc habeant Ecclesia, vel pia causa, & pupilli, minores & similares.

### SVMMARIVM.

- 1 **F**acti series.
- 2 Quod favore minoris, & pupilli, & aliorum privilegiatorum currant fructus à die aperti fideicommissi.
- 3 Idem favore Ecclesia, & de ratione.
- 4 Fortius, ubi in gravato, vel possessore adegit scientia, & quando hoc adesse dicatur.
- 5 Quod regulariter fructus restitui debeant à die mortis.
- 6 An perempta infantia cesset mala fides per item contracta.
- 7 Sententia favorabilis postea revocata, an excusat à mala fide & num. 21.
- 8 Quod in hac materia distinguendi sint casus, & quae sint.
- 9 Regula, de qua num 2. & 3 procedit in herede universalis.
- 10 Idem de tertio possessore habente scientiam certam fideicommissi & obligationis restituendi.
- 11 Mors est concludenter probanda per allegantem.
- 12 De probatione administrativa mortis.
- 13 Non dicitur perfecta probatio, qua habeat contrariam possibilitem.
- 14 Lus in qua possessor obtinuit, potius confirmat bonam fidem.
- 15 Declaratur conclusio, de qua numer. 6. & 7.
- 16 Quid de lite coram iudice incompetenti.
- 17 De alio casu controversia cadente sub eodem privilegio pia causa, vel minoris, & quales propriæ sint illius privilegii effectus.

### D I S C . CLXXXV.

**C**um mater, institutis heredibus quatuor filiis, ceterisque invicem substitutis, omnibus absque filiis morientibus substitutis Collegium S. Caroli ad Catinarios, atque vendita viaca, in qua pendebat

penè totus assis hæreditarius consistebat, pars pretii erogata esset in loca montium, cuia expressione quod subiacebent fideicommissis ac oneribus, quibus dicta vinea subjacebat, unus autem ex dictis gravatis, ceteris defunctis, dicta loca montium ita vinculata pro minori pretio juxta stylum vendidisset auctori Aloysia, contra istam ex parte dicti Collegii, ex eo quod per mortem ultimi sine filiis factus esset casus dictæ substitutionis, motum fuit iudicium super dictorum locorum montium vindicatione coram Thesaurario, a quo prodit sententia reæ conventus abfutoria, ob non probatum mortem dicti ultimi instituti, in iudicariam quoque transacta; illi acutem ad decennium, coram Praelato per chirographum Pontificium in causa dicti Collegii particulariter deputato, denac idem iudicium institutum fuit, terminatum cum concordia continente restitutionem ipsorum locorum montium, dimissis fructibus, vel eorum parte.

In disputationibus autem in hoc iudicio habitis, in quibus ego pro Aloysia scribem, cum fideicommissu esset literale, duo erant controversæ puncti. Primus super probatione mortis dicti ultimi gravati, & alter super restitutione fructuum, an scilicet illi venirent ex die facti causis fideicommissi per mortem, quæ supponebatur à multis annis sequita, vel saltam à die moti primi iudicij coram Thesaurario, vel potius ex tempore hujus novi iudicij.

Quatenus igitur pertinet ad hunc secundum punctum fructuum, in quo scribem, dum in altero utpote consistente in facto, juxta Curia stylum, versabantur solam partem causæ Patroni, I) scribentes pro Collegio fundamentum constituebant in iis quæ ceteris plenè congestis deducuntur per Fusar. quæst. 626. num. 57. cum seqq. ad favorem minoris, vel furiosi aut alterius privilegiati, ut ejus favore absque interpellatione ad hunc effectum contrahatur mōra irregularis, sive quod dominium bonorum ipso jure absque necessitate restitutionis verbalis transeat in fideicommissarium, ut tunc fructus debeantur ab initio, quod etiam latè habetur apud Surd. decis. 2. num. 13. cum seqq.

Hæc autem omnia adaptari dicebant ad favorem Ecclesia, vel piaœ causæ. Tum quia hæc regulatur jure minoris, ac pupilli, omnibusque privilegiis istorum generaliter gaudet, ex deductis per Tragell. privil. piaœ causæ cap. 142. Tum etiam quia major ratio quæ favore gravati consideretur, consistit in eo quod credere portat fideicommissariis non esse curatur de fideicommissi agnatione; Hæc autem ratio non cadit in Ecclesia, cuius Rector, vel administrator non potest id negligere; Ac etiam quia inter Ecclesia & piaœ causæ specialia, istud quoque numerari solet, quod bonorum dominium acquiritur ac transit ipso jure, non solum ob exequationem minoribus ac pupillis, sed etiam ex eadem ratione, ob quam pia dispositiones non requirunt solemnitates, quia scilicet Ecclesia & pia causa regulatur ex solo jure naturæ, atque non subjet juri civili ejusque subtilitatibus, ex quibus pendet ista formalitas restitutionis verbalis.

Potissimum autem quia in dicti Collegii Administratoribus concurrebat ignorantia, ideoque negligencia imputari non poterat; E conversò autem in hac parte aderat scientia ad evidentiā resultans ex ventre earundem litterarum patentium continentium fideicommissi vinculum. Et clarius quia aderat causa scientiæ resultans ex facto, dum ratione dicti

vinculi, eadem loca montium pro longioribus periodis empta fuerant.

Et quod in omnem eventum, cum iura opulentem præsertim in Rota & Curia receptam, afferent à die mortis litis, per quam inducuntur fides in possidente iuxta ea quæ in hiis terminis socialibus restitutio fructuum fideicommissi securi relatis habentur apud Dunozett. decis. 67. m. & seqq. quæ reputatur in materia magistris, apud Romana repetitionis §. Maij 1664. coram tribunaliis de quibus infra, ita deberent determinari à die dicti primi iudicij moti coram Thesaurario non obstante dicta contraria sententia, quæ ista non est apta tollere malam fidem de dictam.

Unde propter eam liceat plures non determinantes, quod perempta iustitia cesset obligatio restitutio fructuum ex relatis per Fusar. dicta quæst. 626. d. num. 52. & Faccineum lib. 12. cap. 73. ubi latè alius exanimat cum aliis per Cap. latr. decis. 4. n. 18. & seqq. Contraria tamen magis communis recepta videtur, ut per Cap. decis. 11. Cap. 1. decis. 65. nam. fin. & quam tenere videtur apud Fusar. dicta quæst. 626. d. num. 52. & tenet alii per pragm. in rubr. num. 15. & 16. & in pag. 15. de iustitia causa non restauran. eamque venit dicit Rota in Romana domorum 25. Junij 1664. Bichio. ubi latè ac doctè id expeditum.

Ac etiam in idem faciunt, quæ habentur in media sententia postmodum revocata quædam excusæ ex deduct. decis. 2. 97. num. 14. apud Rota. apud Royas decis. 311. decis. 11. n. 2. & seqq. 11. rec. & in dicta Romana domorum coram Bichio 1664.

Ei in specie quod veniant fructus fideicommissi à die primi iudicij, quamvis ineffectu, nulli moti coram judge incompetenti, firmare iuramentum in d. Romana repetitionis coram Prædicto 1664.

Hæc tamen non obstantibus, contractum in sensu veritatis, in hac facti specie ex ejus quædam probabilis dicebam; Ad quod probandum, etiam occasione jurum confimacione contriverrum sub eodem articulo cadentium, tollendis & equivocis, Advertebam duos causas in hoc modo distinguendos esse, quorum primus est ob hanc modi controversia sit inter fideicommissarii & hæredem gravatum, vel ejus hæredem, & hæc ter fideicommissarium & tertium possessorum in loco particulari; Isteque causa subdividitur in habentem scientiam fideicommissi, in cuius causa ipse recte sciebat bona per eum possella retinere de eis, quia nempe emerit solam vitam seu propriati, juxta istum causam præcium emanatum in montium cum vinculo fideicommissi in eisdem interris contento, & de qua specie empionum fidei de Regal. decis. 30. & seqq. & in aliis, & eam quæ dicitur, acquiuit bona tamquam libera, vel libbat fideicommissum, justè credere portat bonum ipsum qualitatem & possella esse ab eo emptum utpote electa in causam derationum competitum hæredi gravato alienanti, juxta terminos in l. Marcellus ff. ad Trebell. &c.

Primo causa, non privilegiatis intram regulæ ac distinctiones, de quibus dicti seq. in privilegiis vero, data in gravato vel ejus hæredi scientiam participationis fideicommissi, ac obligationis refractionis ita ut non accedat bona fides, quæ excederet dicta regula favore fideicommissarii procedit.

Eodemque iure regulandus videtur ille tertius possessor, qui emendo solam vitam vel jus gravantis ut supra, certus erat de obligatione restituendi, absque eo quod probabilem haberet excusationem, quoties in eo derit certa scientia purificata conditionis; Verum in hac facti specie quatuor versaremur in illo caso, adhuc credebam cessare applicationem ex facto ob deficientem scientiam mortis ultimi gravati & sic purificata conditionis restituendi, dum etiam de praesenti neque aderat vera, & perfecta probatio mortis, ut de stricto iure necessaria est ubi est fundamentum intentionis ex concessis per Postu[m] de manu[m], obser. 35. num. 87. Gregor. & Adden. decis. 228., Ead[em]. dec. 344., & est quotidianum in materia beneficiali.

Et quamvis ex eo quod per longissimum tempus annorum triginta, & ultra nullus haberetur nuntius de dicta persona, aliaque concurrenter administricula dictam mortem probabiliter suadentia, ex iis, quae

habentur apud Sanchez de matrin lib. 2. dist[ri]ct[us] 46., Vir dec. 243., Buratt. 253. in fin., & plures sub ita de matrin., Attamen advertebam istam esse administriculam probationem, ad summum aptam ad regulandum arbitrium judicis ut habendo illum pro mortuo deferat successionem, non autem, ut ex ista specie probationis naturaliter incerta, ac imperfetta, (qualis semper dicitur illa quae contraria habet possibilitem Barbo, axiom. 191., Cels. dec. 61. n. 3. & pasim,) ita resulterat talis mala fides porro simile quia initium seu tempus praecisum, in quo mors sequitur sit in hac specie probationis adhuc remanet incertum.

Et quadam dictam primam item motam coram Thesaurario, advertebam non obstat, sed potius huic parti prodest, dum ob non probatum casum fideicommissi, ac etiam ob neque tunc probatam identitatem vinea, dicta sententia portius confirmaverat, atque corroboraverat bonam fidem possessoris, eo magis excusandi, dum lis in qua possessor obtinuit non interruppi litem, neque induxit malam fidem Seraph. decis. 1027., Buratt. & Adden. decis. 72. Gregor. & Adden. decis. 467. Royas dec. 311. na 3., Duran. decis. 327. n. 3 & 4., tibi de lice in p[ro]pa, & bene apud Merlin. decis. 84. n. 5. & 8. & per tot. quae videtur percutere terminos praeclitos vel minimum finiles, ob consumpta sententiam Thesaurarii in locis montium.

Tunc enim attenditur exitus causa, non curatis intermedii tentientis favorabilibus, quando lis continuit, ita licet diversa sint instantia, in effectu eadem sit causa, quod in praesenti dici non poterat, dum illa lis jam finita erat, ac omnino habita procedure per longum spatium decennii, & ultra, ita quod judicium inchoatum fuerat coram judge omnino diverso, & cum novis probationibus.

Ac propterem ad rem nullatenus faciebat dicta decisiones in Romana domorum coram Bichio. & in Romana repetitione coram Priolo, quae magnam faciebant impressionem; Siquidem in casu dicta decisionis coram Bichio, supponitur contestatio liti, ut in principio > 2., & in casu, de quo in altera decisione coram Priolo, prætendebatur quod gesta coram uno iudice subiacerent vicio nullitatis ratione illius incompetencia, sed adhuc lis coram alio competente prosequuntur abisque intermedio silentio, atque ex iuribus productis, alisque actis possessor suum animatum bene informare potuit, ac agnoscere se non esse Dominum, & nihilominus etiam eo casu dicta decisione moderata, seu declarata fuit, ut advertitur dicta seq.

Hinc proinde in alia Romana fideicommissi de Zoli, cum hæres gravatus fideicommissi bene concius

Cardin. Luca de Fideicom.

alienasset Arnolphinis dominum spectantem ad fidei-

commisariam hereditatem, utpote ab ea separata tam ac liberam per ejus electionem in causam legitima, ad plures vero annos Hospitalis Consolatoris ad cuius favorem per obitum gravatorum sive filiis aperatum fuit fidei commissum, dictam dominum a præfatis Arnolphinis emptoribus vel eorum successoribus vindicasse non obstante dicta detractio-

ne, dum de illius præcedenti consumptione doctum

fuit, tunc occasione melioramentorum possessoribus reficiendorum, objiciebatur ex parte Hospitalis

de compensatione cum fructibus, non solum a die

mortis litis, quorum respectu nulla aderat controver-

sia, dum in Curia ussupra hoc iure vivitur, sed a

die aperti fideicommissi etiam ante petitionem ex

dicto privilegio Ecclesiæ, seu p[ro]p[ri]a cause, quare de-

super ex parte dictorum possessorum pro veritate confutus.

Respondi improbabilem videri hanc prætentio[n]em, non solum quia non constabat quod isti possessoribus aliquam habentes fideicommissi ejusque fæ-  
cti casus scientiam, qua non data casus videtur indubitus, dum possessor fuit in statu bona fide ut supra. Sed etiam quia data scientia non versabatur in eo testio possessoris, qui pro longè minore  
precio emissem scien[s] fideicommissum, & cum ejus vinculo solum vitam venditoris, quo casu empor statim habita notitia mortis venditoris absque lite velalia interpellatione, illicet scivit se non esse amplius dominum, suumque ius expirasse, nec habere amplius titulum faciendo fructus suis juxta casum de quo supra, in quo solum intrabat excusatio ob incertitudinem mortis vel vita venditoris, ac etiam quia fideicommissi vinculum in litteris patentibus contentum non erat omnino certum & purum, sed dubium & conditionale, quatenus vinea ex cuius pretio loca montium empta erant, spectaret ad fideicommissariam hereditatem, atque remanebat dictum ob non probatam identitatem.

Sed versabatur in eo qui pro justo prelio emerat rem pleno iure tanquam liberam ex justo & probabili libertati titulo electionis in causam legitimam, quæ est detractione legalis & notoria, ideoque donec emperor interpellatus esset ac certificatus, quod illius detractionis præsuppositum non esset verum, ob præcedentem sibi ignorantia consumptionem, tunc statu bona fide remanet indubitus, & consequenter nihil in proposito operari potest dictum p[ro]p[ri]a causa vel pupilli seu minoris privilegii, quod vere ac propriè confitere videtur in uppetione illius formalitatis restitutionis verbalis vel realis quæ de iuri civilis subtilitate requiritur, Sive quod cessare faciat in gravato alias fideicommissi ejusque restitutio[n]is bene consilio illam creditacem, quod fideicommissarius non esset agnitus, cum hanc voluntatem lex supplet pro illis qui eam perfecte per se explicare non possunt, ut in melius.

Vel quod idem privilegium cessare faciat illam speciem peccati seu omissionis lucri, quæ à fideicommissarii negligentia vel mora resultat, & sic semper circa effectus provenientes à dispositione vel subtilitate iuri positivi, non autem circa illum, qui provebit à iure naturæ, qualis est, ubi quis cum justo titulo ac bona fide possideret rem tanquam suam, eoque iure fructus percipit atque consumit, cum tunc hujusmodi privilegia nullam faciant operationem, ad instar eorum que habemus in altero privilegio p[ro]p[ri]a causa supplente in ultimis voluntatibus solemnitates vel defectus iuri positivi, non autem imperfectionem voluntatis cum similibus.